Deus op̄s cuius oīa sūt preciū qdlibet ꝓ delicto nō accipit ⁊ holocaustū nō postulat ꝓ peccato. Quidā vero ad alioꝝ regimē deputati hoc ignorātes: aut ex temeraria quadā industria contēnētes cū peccatur a subditis debitā ꝓ pecunia penā remittūt. ex quo fit vt deo nō indulgēte tā iudex criminis q̄ cōmissor sua ī eodē sacculo delicta ꝯsignēt pariter iudicādi. Et qꝛ iuxta beatū Isodoꝝ nullā reus ꝑtimescit culpā quā redimere minimis existimat: nec ex hoc mala volūtas minuit vel imitat: sed potius datur auctoritas delinquendi ¶ Circa correctionē quidē criminū predictus legat⁹ statuit q̄ archidiaconi ecclīas vtiliter ⁊ fideliter visitēt vt de sacris vasis ⁊ vestibus: ⁊ q̄liter nocturnis ⁊ diurnis officijs ecclesijs seruiat: ⁊ generaliter de tp̄alib⁹ inq̄rēdo ⁊ q̄ corrigēda īuenerīt corrigāt diligēt. ecclīas āt suꝑfluis nō

grauēt expēsis:sed ꝓcuratores dūtaxat dū visitēt exigāt moderatas:nō secū ducāt extraneos:sed modeste se habeāt in familia ⁊ in equis.nec pecuniā ad hoc vt nō visitēt vel nō corrigāt:vel vt crimina nō puniāt ab aliquo recipe p̄sumāt:nec aliquos sentētijs suis īuoluāt īiuste vt ab eis possīt ex hoc pecuniā extorq̄re.Et cū hec sapiāt symoniacā prauitatē decreuit:vt q̄ talia agere p̄sūpserint: sic extorta in duplū erogare in pios vsus ep̄i sui arbitrio cōpellant:salua nihilominꝰ pena canonica alia ꝯtra ip̄os Precepit etiā vt dicti archidiaconi ꝑ singulos decanatꝰ capitulis ītersint:in q̄bꝰ diligēter īstruāt īter alia sacerdotes:vt bene sciāt ⁊ sane ītelligāt v̄ba canonis misse ⁊ baptismatis:ea.s.maxīe q̄ sūt de substātia sacr̄i.¶ Nos igr̄ statutū dicti legati ꝯtra tales editū adiuuātes adijciēdo statuimꝰ ne archidiaconi ꝓ nullo pctō mortali notorio vel de quo scādalū generat:pecuniā a delīquēte ꝓ ip̄o recipiāt:sed cōmissum crimē puniāt aīaduersione condigna. Ep̄is vero districte precipimus:vt hmōi salutare statutum firmiter faciant obseruari.

¶ De firmis. Rubrica.

Indignū est cū spūalibꝰ pecuniariū mire cōmerciū:dicēte aplō Petro ad Symonē.Non est tibi pars neq̄ sors ī sermone isto.Auare enī ⁊ facile spūalia vēdit:q̄ eoꝝ exercitiū pecunie īteruētiōe ꝯducit. ¶ Prouide igit̄ ꝯstitutionē p̄dicti legati cōperimꝰ inhibētē:ne dignitates vel officia puta decanatꝰ vel archidiaconatꝰ vel ꝓuētus ex ecclīastice vel spūalis iurisdictōis exercitio.seu ex pn̄ia vel altari vel sacramēt⁊ alijs q̄buscūq̄ veniētes nullo mō ꝯcedant̄ ad firmā.¶ Nos aūt circa hoc tā sanctū ⁊ salubre statutū fieri a pluribus audiētes adijciēdo statuimꝰ:vt si q̄s decetero quispiā ꝯtra fecerit:datio ad firmā sic facta nō teneat:⁊ ꝯtrahētiū neu-

ter alterutri ex tali ꝯtractu tanq̄ inualido quacūq; iuris auc̄te bn̄ficij huius ꝯstitutōis nr̄e exp̄ssa renūciatiōe vel alia pactōe vallata aliquaten⁹ obliget:nihilomin⁹ tertia ꝑte ꝓuētuū eius rei quā de facto ad firmā dari ꝯtra hoc statutū ꝯstiterit fabrice maioris ecclīe cathedralis modis oībus applicāda. ¶ Que oīa volumus hr̄e locū ⁊ statuimus obseruari:cū laicis ecclīa dat̄ ad firmā:⁊ cū vltra q̄n quēniū etiā clericis ecclīe firma ꝯcedat̄ cōtra ꝯstōnes a dicto legato sup̄ his salubriter ꝓmulgatas. ¶ Ecclīas q̄z a graui p̄iudicio p̄cauere volentes:ip̄as ad firmā pr̄onis earū dari sub p̄missis penis districtius ꝓhibemus.

¶ De residētia archiep̄oꝝ vel ep̄oꝝ. Rubrica

Pastor bonus cognoscēs gregē suū dz ip̄m ⁊ corporis ⁊ mētis oculis iugiter intueri:⁊ ne ip̄z insidiosus lupus īuadat sicut hostis ꝑsequēdo inuigilat:sic p̄latus resistat ꝯtinue defēdēdo. Oportet igit̄ vt corporalis pn̄tia ip̄m sollicite tueat̄: q; vadēs pastor ⁊ veniēs sepe nō īuenit qd̄ reliquit:eo q̄ aduersari⁹ nō recedēs neq; dormiēs asportauit. ¶ Sane lz ep̄i ad ꝑsonalē residētiā circa gregē dn̄i sibi cōmissū:tā diuinis q̄ ecclesiasticis p̄ceptis noscūt̄ astricti:q; cū in ꝑtibus nr̄e legatōnis nōnulli sūt q̄ hoc attēdere nō vidēt̄. Nos p̄dicti legati monitōez ⁊ exhortatōez sup̄ hoc archiep̄is ⁊ ep̄is emissā prudēter emulatōis studio ꝯdigne subsequētes ipsos efficaciter exhortamur in dn̄o:⁊ in virtute scē obedientie atq; sub diuini attestatōe cōmonem⁹ vt ad cōmissi gregis curā:⁊ despōsatarū sibi ecclīaꝝ solaciū p̄cipue diebus solēnibus quadragesimalibus ⁊ aduētus pn̄tiā suā debitā exhibeāt:quib⁹ se fide media copularūt. In quibus scm̄ crisma sacrū oleū ⁊ infirmoꝝ in die cene dn̄i quolibet āno ꝯficiāt:nisi eos dictis diebus ab ip̄is ecclesijs a suis sup̄ioribus euocatos:vel ex alia iusta cā oporteat absentare

vt qđ ipſoꝝ nomē prętēdit: ꝛ cōmiſſum ſibi miniſterīū exi
git. qđ nō minus gerit oneris q̄ honoris ſollicite ſtudeāt
excubijs obſeruare.

¶ De appropriatōibus eccliaꝝ nō faciendis. Rubrica.

QUoniā alienatōes eccliaꝝ ſcōꝝ patrū romanoꝝ
pōtificū decreta ꝓhibere ſūmo opę ſtuduerūt.
nos ipos ex officij nr̄i debito ſufficiētia q̄ poſſu
mus imitātes vniuerſis ep̄is diſtrict⁹ inhibem⁹: ne quis
eoꝝ eccliaꝝ ſibi ſubiectā alteri ep̄o vel mōaſterio ſeu prio
ratui appropriatōis iure ꝯferat vel aſſignet: niſi is cui ap
ꝓpriare voluerit adeo manifeſte pauptatis p̄mat onere
vel alia cā legitia ſubſit q̄ talis appropriatō nō tā iuri cō
traria q̄ pietati ꝑſona merito cēſeat. Si vo ꝓtra p̄miſſa
facta fuerit hmōi appropriatio ipo iure īualida ꝛ nullius
penit⁹ ſit momēti: ſed ab ep̄o q̄ hoc fecerit: ſicut de fcō ꝓ
ceſſerit modis oib⁹ reuocet. ¶ Nōnulli q̄z in eccliā q̄ ꝓ
prijs ꝑſueuit gubernari rectoub⁹ i vſus eoꝝ ꝓceſſa vt to
tū qđ ex appropriata ſibi eccliā ꝓuenit ianiter abſorbeāt
ip̄aꝫ dimittāt vicario deſtitutā: aut ſi forāſſis vicariū i ea
ſtituūt ita modicā ei reliquūt fructuū portionē vt nō pōt
ei ſufficere ad archidiaconalia ꝛ alia ſibi incūbētia onera
ſupportare: q̄ fit vt qđ i elemoſynā eſt ꝓuiſū i ſtī auaricie
pfluat ꝛ trāſcat i rapinā. Sup his igit̄ ſalubria remedia
cogitātes ſtatuim⁹ ꝛ diſtricte p̄cipim⁹: vt vniuerſi religio
ſi exēpti ꝛ nō exēpti ciſtercien. ꝛ alij q̄cūq̄ q̄ eccliās in ꝓ
prios vſus hñt: ſl vicarij nō ſint poſiti i eiſdē ifra ſex mēſiū
ſpaciū vicarios p̄ntare dioceſanis q̄ eos inſtituere debeāt
nō omittāt: quib⁹ ſufficiētē aſſignare ꝓ facultate eccliaꝝ
ſtudeāt portionē. Alioqui extūc dioceſani id facere ſtude
ant diligēter. ¶ Statuimus q̄z vt ip̄i qui eccliās i ꝓprios
vſus hñt domos in ip̄aꝝ eccliaꝝ pochijs ꝑſtituāt: vel olī
ꝑſtructas reedificēt vel ꝑſeruēt: i quibus honeſte p̄nt re

cipi visitātes. ¶ Predicta vero oīa tā ab epis q̄ alijs qui ecclias in ꝓprios vsus hñt firmiter p̄cipimus obseruari.

¶ De bonis intestatoꝝ Rubrica.

Cum mortis incerta p̄occupatio sepe sit: āticipet vltimi arbitrij volūtatē: vt ꝯficiēdi testamēti seu extreme dispositōis adimat vite decisio facultatē agit hūana pietas misericorditer ī defūctū cū res tp̄ales q̄ illiꝰ fuerāt ꝑ distributionē in pios vsus ip̄z adiuuādo sequūt: ⁊ corā celesti iudice ꝓpiciabilr̄ ītercedūt. ¶ Prouide sup̄ bonis ab intestato decedētiū ꝓuisionē q̄ olim a prelatis regni Anglie cū approbatōe regis ⁊ baronū d̄r emanasse firmiter approbātes districtius inhibemus: ne prelati vel alij quicūq̄ bona ītestatoꝝ hmōi quocūq̄ modo recipiāt vel occupēt cōtra ꝓuisionē premissam.

¶ De delegatione. Rubrica

Iudicij robur ⁊ decus exornat auctoritas iudicātis ⁊ corā illo tutis gressibus veritas īcedere p̄sumit. de quo status eminētior ⁊ meliora stipēdia strenuos actus ⁊ dignos fructus iusticie repromittūt. ¶ Proinde sacris canonibus inherētes: quibus statutū est vt nō nisi ꝑsonis in maiori statu ꝯstitutis cause a sede aplica delegent. eadē iuris rōne cōmoti statuimus: vt ab archiep̄is vel alijs ordinarijs nō nisi ꝑsonis in dignitate vel officio ꝯstitutis: aut cathedraliū vel aliarū ecclīaꝝ collegiatarū canonicis cause aliquatenus cōmittantur.

¶ De forma citationis. Rubrica

Ita mortaliū seua cupiditas suū in seipsos reflectit ardorē: vt q̄cq̄d sibi posset attrahere nō desistat nō timēs diuinā vel ꝓximi lesionē q̄ litigiosoꝝ am fractus ⁊ ꝓcelle causarū manifeste declarant: in quibus seip̄z solū respiciēs litigator sic errat in via iusticie: vt equū ⁊ rectū existimet quicq̄d aduersario noceat ⁊

iure vel iniuria sibi ꝓsit. ¶ Sane qm̄ in citatōis articulo fraudē p̄cipue fieri est cōptū: dictus legat⁹ statuit: vt ꝑ ī petrātes vel eoꝝ nūcios in causis regni Anglie citatorie lr̄e nō mittant: sed iudex moderatis sūptibus īpetrātis ꝑ suū fidelē nūciū eas mittat: qui vocādū diligēter ꝑquirat quē si repire nō poterit: die dn̄ico vel aliquo die solēni apud eccliā3 loci illius ī quo degere ꝯsueuit dū missa cantat lr̄as legi faciat ⁊ exponi. vel saltē ad decanū in cuius decanatu morat qui vocādus existit citatio dirigat. q̄ a iudice missus fideliter hoc prosquat ꝑ se aut ꝑ suos certos nūcios ⁊ fideles. qđq̄ inde fecerit eidē iudici rescribere nō omittāt. ¶ Nos aūt vt circa citatōis articulū ꝓcedat cauti⁹ ⁊ toti⁹ discriminis materia quātū ī nobis est penitus auferat ꝯstitutōi dicti legati adijciēdo statuim⁹: vt cū iudex ꝯtra quēlibet absentē emittit citatōis edictū citatōnē faciēdā decano loci vel alicui certe ꝑsone alij demandet. Is vero cui demādata fuerit cū eā fuerit fideliter assecut⁹ ſm statuti formā se citasse rescribat. Alioquī citatiōi q̄ aliter fcā appuerit: fides nullatenus adhibeat: nec ſm ip̄a3 ꝯtra ip̄3 qui citatus đr ad penā aliquā ꝓcedat.

¶ De iuramento aduocatorum. Rubrica.

Laudabile viteq̄ hoīm necessariū aduocatorū offm̄: qui quasi athlete iusticie ī cāpo iudicij militāt: multi quidē exauctorisant ab illis qui ī ipso infideliter se exercēt: ꝑ quos iusticia deperit: ⁊ litiū ꝓcessus īnumeris subterfugijs īpedit. ¶ Hec sane diligēter p̄dictus legatus ꝯsiderās ⁊ prudēter attēdēs īter alia facta ꝯstitutōe decreuit: vt qui aduocatōis offm̄ voluerit generaliter ꝓmereri apud diocesanū cuius iurisdictiōis existit: originis vel domicilij ip̄e p̄beat iuramētū: q̄ ī causis quoꝝ patronus existit p̄rociniū fidele p̄stabit. ¶ Nos igit huic statuto ꝑ qđ iniquitati occurrit: releuat iusticia

⁊ succurrit veritati: parere volētes semitā ampliorē adij ciēdo statuim⁹: vt ꝑm ea q̄ ī dicto statuto cōtēta sūt null⁹ aduocat⁹ nisi lr̄as diocesani corā quo iurare p̄cipit prius oñdat: fidē de iuramēto hmōi exhibito faciētes vel de no uo exhibeat hmōi iuramētum ad nullius cause patroci niū admittatur.

¶ Ne iudex pacē vel ꝯcordiā litigātiū īpediat. Rubrica

CUm partes suas admittat iudiciū: nisi actoris ⁊ rei discēsio cōquiescit: nec aliud agere iudex de beat iuxta legitimas sanctōes quā vt ꝯtrouersiā dirimat inter ip̄os: multū ꝓfecto delinquit q̄ ꝑtes ad pa cē aut ꝯcordiā paratas maxīe p̄textu alicui⁹ comodi niti tur īpedire. ¶ Qr vero ꝑ īpedimētū hmōi si ꝯtingat ꝓ uocat deus/ledit ꝓximus/⁊ iudicij ꝯtaminat honestas/⁊ iurgioꝝ materia ꝯfouet. Nos āt statutū dicti legati q̄ su ꝑ hoc simplici fuit īhibitōe ꝯtētus efficacius ꝓsequētes adijciēdo statuimus: vt si q̄s deīceps ꝓ īpedimēto pacis seu cōpositōis litigātiū obijciēdo quicq̄ recepit: ei qui de dit modis oīb⁹ restituere teneat: necnō tantūdē exsoluat pauꝑibus erogādū. Alioquin ex eo tp̄e quo scelus hmōi sic recipiēdo cōmiserit: donec sicut dictū est restituerit ex cōmunicatōis vinculo se nouerit alligatum.

¶ De publicanda absolutione. Rubrica.

SIcut ecclesiastice censure vinculū ad medelam inuentū vt sanū efficiat lāguidū quē cohercet: ⁊ publice ⁊ notū fieri cōsueuit: ita bñficiū absolu tionis q̄ ligato impēdit expedit notū esse: ne nō vitādus in sui ꝯtumeliā vel scandalū ab alijs euitet. ¶ Proinde statuimus vt cū aliquā excōicatōis suspēsionis vel inter dicti sn̄iam ꝯtigerit relaxari: mādet alicui vt relaxationē hmōi publice denūciet locis ⁊ tēporibus oportunis.

¶ De institutionibus seu collationibus. Rubrica.

Christiane religionis vitas ita plerosq; ī suor̄ cor̄ diū elatiōe relīq̄t: vt cū aīe sue curevīr vnusq̄sq; sufficiatūpī se plures esse mēdaci statera pēsantes nō solū vnius bñficij sup multos intrepide suscipiūt: in q̄ q̄nq; nec residēt nec ad sacros ordines se faciūt ꝓmo ueri: q̄s ipius bñficij cura requirit: z etiā multas sup inumeras curas sibi ꝯgregāt ipiudēter. ⁊ p vanitates ⁊ falsas insanias ābulātes miseras aīas quas curādas acceperūt necessario negligūt cū onus tale īplere ipa facti īpossibilitate nō pñt. Sane cū hi tā ꝯtra spm̄ q̄ aduersus deū ⁊ ꝓximū assistētes ⁊ q̄si de industria recedētes adeo dū seipos in manus diaboli manifeste p̄cipitāt/ aīas xp̄o auferūt: ⁊ paupeꝝ alimonias invsus supfluos ne dicam⁹ in malos nephādā quersitate quertūt. Et tātis eruere piculis sctoꝝ patrū romanoꝝ pōtificū ⁊ ceteroꝝ sup his auctoritatē gerētiū ꝯstōnes tā antiq̄s retrotēporib⁹ q̄ modernis multiplici sollicitudine laborarūt. quoꝝ labor ⁊ si meritorius fuerit his q̄ vineā dñi fideli exercitio coluerūt q̄bus virt⁹ fuit etiā male vsuris materiā ministrare ꝟtutis. multis tn̄ ī hoc ꝓphane cupiditatis ardore crassātib⁹ hmōi laboris ꝓfectū iuenim⁹ defuisse: q̄ p̄ter clauē dispē satōis aplice sedis pluralitatē bñficiorum ecclīasticoꝝ aiaꝝ curā hñtiū. nō solū de māu p̄latoꝝ male suscipe: verūetiā auctē ꝓpria violētiaq; maloꝝ dānabiliter occupare p̄sumūt ⁊ temere p excogitas malicias ⁊ subterfugia detinere. ¶ Ex his aūt dicere nō sufficim⁹ quāta mala ꝓueniūt eccl̄ie nāq; maculat honestas/ adnihilat auctoritas/ fides xp̄i ꝓsternit/ caritas exulat/ spes paupeꝝ depit: eo q̄ aptū vidēt os diuitis vel potētis in q̄ intrat oē bñficiū vacatuꝝ q̄ suū nō est pctō: miser ⁊ cecus: rectorē se iactans nō tā recipit q̄ furat. Inter ipos quoq; diuites ꝯtētiones ⁊ scādala oriūt: lites ⁊ odia ꝓfouēt. Digne etiā sup hmōi

regnoꝝ hoīes diuine indignatōis exarsisse ignē: ⁊ ob ali-
quarū delicta in oēs misisse vīdictā ex hoc p̄cipue formi
dam⁹: ⁊ dū nihil aliđ ita ꝑiculis plenū ꝯspicim⁹ talia vel
grauiora etiā ꝑtimescim⁹ in futurū: nisi dei mīa nō despi
ciēs correctōis appōat remediū salutare. ¶ Uolētes igit̄
ꝯtra pestiferū hūc ⁊ vix curabilē morbū officij nr̄i diligē-
tiā exhibere ⁊ totū quāta in nobis est virtute curare: p̄di
cti legati ꝯstitutionē sup̄ his editā ip̄i⁹ īherēdo vestigijs
adiuuātes adijciēdo statuim⁹ ⁊ p̄cipim⁹: vt de p̄teritis añ
hāc nr̄az ꝯstōnē circa bñficioꝝ cū cura pluralitatē: necnō
circa eos q̄ ꝓut debēt in bñficijs suis nō residēt: nec ordi
nē sacrū recipiūt quē ip̄i⁹ bñficij cura req̄rit sup̄ p̄missis
p̄lati singuli sine vlla dissimulatōne diligēter īquirāt: ⁊ in
illis faciāt statutū gñalis ꝯcilij efficacit̄ obseruari. Archi
ep̄i etiā sup̄ p̄dictis diligēter īquirāt ī ꝓuīcialib⁹ ꝯcilijs
suis: ⁊ negligētes corrigāt vt tenent̄: cū de his ī districto
iudicio rōnē reddere teneāt̄. ¶ Imposteꝝ aūt cū ad bñfi
ciū curā hñs aīaꝝ q̄q̄ p̄ñtari aut ip̄i⁹ collationē alias fie
ri debere ꝯtigerit statuim⁹ vt p̄lat⁹ q̄ circa hoc gerit offm̄
prius devita ⁊ ꝯuersatōe p̄ñtati vel īstituēdi: ac de alijs q̄
iura p̄cipiūt inq̄sitōe p̄missa hoc q̄z vigilāter discutiat ⁊ ꝑ
quirat vtrū hēat p̄ñtat⁹ vel īstituēdus hmōi: ꝑsonat⁹ vel
alia bñficia curā hñtia aīaꝝ. ⁊ siq̄dē hz: an illa cū dispēsa-
satōe vel absq̄z ea tenuerit. quā si se hr̄e asserat illā infra
terminū a p̄lato statuēdū post assertionē hmōi ip̄i p̄lato
exhibere ꝓcuret. Alioquin extūc nullatenus admittat̄.
Qđ si institutus fuerit: nulla sit ip̄a īstitutio ip̄o iure. Di-
spēsatōe vero exhibita ip̄e p̄latus ꝓuide ꝯsideret: an ex
vi dispēsatōis ip̄ius aliud vel alia cū iā habitis valeat ob
tinere. Qđ si eū plura bñficia sine dispēsatōe habere vel
habuisse cōparerit: ip̄m ad id de quo agit̄ aliq̄tin⁹ nō ad
mittat. hoc idem obseruās si exhibita dispensatio non ad

futura: sed tantū ad p̄terita se extēdat: nisi prius ī hoc casu ip̄e istituēdus prestet corporaliter iuramētū: ꝙ habita possessione bn̄ficij in quo istituit̄: stati alia bn̄ficia q̄ prius habuit sine difficultate dimittēs de illis ꝑ se vel ꝑ aliū extūc se nullaten⁹ intromittat. ꝙ si facere p̄sūpserit preter ꝑiurij quā incurrit habitis ⁊ habēdis nouerit se priuatū. Postq̄ aūt ꝑm ea q̄ dixim⁹ q̄sq̄ fuerit institut⁹ illico p̄latis in regno eodē ꝯstitutis in quoꝝ diocesi ꝯsistūt priora bn̄ficia q̄ habebat: necnō p̄ronis ip̄oꝝ ꝙ gestū est si cōmode poterit denūciet istitutor: vt de bn̄ficijs ip̄is q̄ ad ip̄os spectare vidēt̄ disponāt: ⁊ nihilomin⁹ noīa bn̄ficioꝝ ip̄oꝝ cōscribēs ī ꝓximo tūc ꝓuiciali ꝯcilio futuro ea denūciet in quo videat̄ q̄liter sit de ip̄is bn̄ficijs ordinatū: ⁊ vt appareat vtrū istitutus verū dixerit q̄ prius dixerat se alia bn̄ficia nō hr̄e. ¶ Qd̄ si p̄latus hmōi istituēs secus egerit: istitutionē factā reuocet infra mēsē. Alioq̄n a collatōe ⁊ institutōe ad ip̄z ī q̄buscūq̄ bn̄ficijs spectātib⁹ quousq̄ reuocauerit sit suspēsus. ¶ Eūq̄ si reprobatū crimē īcurrit merito culpa redarguit: ⁊ in quo aliū iudicat seip̄m cōdēnat: dū in eodē ip̄e reprobus īuenit̄ hāc aplō dicēte fugiēdā labē in p̄latis ecclīe detestātes firmiter inhibem⁹: ne p̄latus q̄ p̄ntatū sibi ad ecclīaz vacantē ob defectū sacroꝝ ordinū recusat admittere alij eādē ecclīam ꝯferat q̄ defectū hmōi patiat̄: ne sic potius videat̄ accepisse ꝑsonā q̄ iusticiā dilexisse. qd̄ si fecerit eius collatio vel institutio ip̄o facto sit inualida ⁊ nullius momēti penitus cēseat̄.

¶ De cōmendis ecclesijs. Rubrica.

Miserabilis humane dignitatis casus ita cōcupiscētie frena laxauit: vt reciso acumine ratiōis ⁊ ꝯtra mala statuta irascibilitatis virga cōmunita nihil puret̄ iniquū qd̄ inexplebilia vasa cupiditatis videat̄ influere nihil inhonestū quo auaricie paret̄ cib⁹ esu

riē nō muniēs sed augmētās. Hec si aīas simpliciū obsi-
dēt dolēdū est in vno genere hoīm q̄ laici idcirco dicunt
q̄ pluralibus ministeriis sūt derelicti. Sed in illis quib⁹
dn̄s pars est hereditatis eoꝝ: qui hereditatis sue restitu
tionē sibi debēt a dn̄o p̄stolari q̄ ducatu suo regere alios
ꝛ gubernare tenent. Hic tāto amarius ꝛ acerbius flenda
ꝯspicim⁹: quāto cōmittunt iniquius in illis ꝛ ꝑiculosius
tollerant. ¶ Sane īter adīuētiōes eoꝝ qui fraudes ꝯtra
suas molliunt hāc maxīe cōpimus diuini ꝛ humani iuris
presidia ꝯfundētē: q̄ cū vna ecclīa vnius debeat esse re-
ctoris sicut ratio dictat ꝛ multiplicis iuris statuta decla-
rāt. Quidā tn̄ rōnis exptes vel iuris regulas ꝯtēnentes
dū ad pluriū ecclīaꝝ occupationē velamē aliud nō habē
tes quoquomō ditari festināt vacātes sibi ecclīas cōmē
dari ꝓcurāt: āplectētes iuris verba nō sensū: qd̄ aliqn̄ ꝑ
mittit haberi vnā ecclīaꝫ ītitulatā ꝛ aliā cōmēdatā. Et cū
iuxta sanū intellectū ꝓpter necessitatē aut vtilitatē vacā
tis ecclīe ius cōmēdatōis nō tā p̄ceptorie q̄ ꝑmissiue in-
troductū ip̄i ad cupiditatis sue lucrū oīa ꝯuertētes in ip
sarū ecclīaꝝ dissipationē nō solū vnā sed plures recipiūt
cōmēdatas. Inter multa vero ꝑicula q̄ ex hac pestifera
factiōe ꝓueniūt aduertim⁹ ecclīaꝝ dispēdia rerū spūaliū
negligētiā ꝛ cōtēptū certū miseri suscipiētis casū ī malū
vsū q̄ aliena esse debuerāt ꝯgregātis: aut in ꝓprios lux⁹
ꝛ pōpas suꝑbie ꝓfundētes q̄ sunt ad pauperū alimoniā
ꝯstituta. Hec aūt ꝓ mole pctī furta rapinas ꝛ filij ī ꝯspe
ctu p̄ris victimationē excedere diuini iuris testimonio cō
ꝓbant. Nec preterijt diuinū intuitū cecitas ꝯcedētis qui
dū ecclīe ꝓspicere dꝫ ꝑsonā hoīs accipit cui nō tā curādā
ouē cōmittit q̄ miserabiliter deuorādā. Qr igit nec timo
rē diuini iudicij: nec sacroꝝ canonū intētionē ad cohertio
nē taliū sufficere vel etiā ꝓficere hucusq̄ nidūt. ¶ Nos

autē ꝛ aiaꝝ ſaluti ꝛ ecclīaꝝ indēnitati ꝛ ſtatui diligētia q̄
poſſum⁹ ex officij nr̄i debito ꝓſpicere cupiētes vniuerſas
ecclīaꝝ cōmēdatōes hacten⁹ q̄buſcūq; factas: niſi ex eui
dēti vtilitate vnius tm̄ ecclīe cōmēdatio ſit facta penitus
reuocam⁹: ꝛ ip̄as exnūc vacare decernim⁹ eis ad q̄s ip̄a
rū collatio vel ad q̄s p̄ntatio ſpectat diſtricte mādātes vt
infra duos mēſes poſt p̄ntis ꝓſtōnis nr̄e plublicationē cō
ferāt ſeu p̄ntēt. Alioquī ip̄aꝝ collatio ad ſedē aplicā de-
uoluat. ¶ Jmpoſteꝝ aūt firmit ihibem⁹ ecclīaꝝ quālibet
cōmēdari: niſi iuſta cā ꝛ legitia id expoſcat. Et vt i his oī
bus adiuc̄tōib⁹ verſucijs ꝛ fallacijs occurram⁹: ſtatuim⁹
ne vltra vnū tm̄ cuiq; cū cura aiaꝝ bñficiū obtinēti ecclia
cōmēdet: neq; plures ecclie alicui ꝓſone valeāt cōmēda
ri. ¶ Q̄d ſi ꝓtra ea q̄ ſalubriter hac nr̄a ꝓuiſiōe ſtatuta
ſūt ecclie cōmēdationē a quoq; ꝛ cuiq; in locis nr̄e legati
onis fieri ꝓtigerit: ip̄am ꝛ quicq̄d ex ea ſecutū fuerit ip̄o
iure decernimus nō valere. Ep̄s vero qui cōmēdatiōem
ꝓtra premiſſa fecerit: donec reuocauerit ip̄o facto a colla
tiōe ſeu p̄ntatōe bñficioꝝ quorūlibet ſit ſuſpēſus.

¶ De confirmatione epoꝝ. Rubrica.

Paſtoralis ſedis eminētia multis indigēs gr̄e di
uine muneribus vt paſtor in ſe mūdus ābulet
cor̄ deo in veritate ꝛ in ꝓſpectu ppli ad doctrinā. Inter
alia q̄ de p̄tificū electōe ſacri canones ꝓuiderūt. Illud
igit̄ ꝑcipuū ſibi vēdicat: vt talis ad eā p̄ſona conſcēdat q̄
nullis quātū humanitati poſſibile ſit: ſit maculis denigra
ta. Quorūdā igit̄ ignorātiā vel negligētiā aut diſſimulatō
nē q̄ circa electoꝝ ꝓfirmatiōes habet: vel etiā ꝓcurat ex
officij nr̄i debito diligētia q̄ poſſum⁹ corrigētes. ¶ Statui
m⁹ ꝛ i virtute ſcē obediētie diſtricte p̄cipim⁹: vt cū electōis
cp̄alis ꝓfirmatio poſtulat. iter cetera ſup q̄bus inq̄ſitio ꝛ
examinatio ꝓcedere dz ſm canonū iſtituta illud exactiſſi

me inquirat: vtrũ bñficia plura cũ aĩaꝝ cura qui electus est ãteq̃ eligeret habuerit: ⁊ si habuisse inueniat. an cum eo sup hoc secũ fuerit dispẽsatũ: ⁊ dispẽsatio si quã exhibuerit vera sit: ⁊ ad oĩa bñficia q̃ obtinuit extẽdat. ¶ Qđ si in aliquo premissoꝝ ipe ad quẽ cõfirmatio spectat electum deficere sua discussione cõperierit eidẽ nullatenus munus confirmationis impendat.

¶ De his qui tp̃e electõis bñficia dimittunt: ⁊ postea recipiunt. si eos eligi nõ cõtingat. Rubrica.

Ambitõis viciũ in ardorẽ sitis exestuãs: dũ nec marie obtimã ptẽ ãplectit: nec ad marthe ministeriũ in frequẽtiã ꝓfectus aspirat: sed ꝑ dñandi libidĩe ad oẽz eo ducẽte tramitẽ detorq̃t: abiecto rõnis ĩtuitu phas ⁊ nephas ĩproba temeritate ꝑmiscẽt. ¶ Sane illđ ĩterdũ euenire didiscim⁹: vt cũ vacãte sede ad quã q̃s ascẽdere ꝯcupiscit: ipe metuẽs se obtẽtoꝝ bñfõꝝ pluralitate ĩ suo desiderio posse deficere ipa bñficia resignet ĩmo penes eũ ad cuius spectãt detestabili q̃dã pactione deponit: vt si eũ eligi nõ ꝯtigat: eadẽ bñficia q̃si deposita postmodũ reassumat. ¶ Cõtra hoc igit tã abhoĩabile colludiũ scm̃ ⁊ deo placẽs obstaculũ opponẽtes districti⁹ ĩhibem⁹: ne cuiq̃ decetero talr̃ bñficia sua resignãti eadez restituãt: nec q̃si de nouo aliquaten⁹ ꝯcedãt: sed tãq̃ vacãtia de ꝑsonis aliis ydoneis canonice ordinẽt. ꝙ si hmõi resignãti bñficia ipa vel aliqđ ex eis fuerit reddita vel cõcessa: redditionẽ vel ꝯcessionẽ ĩ ip̃z factã ĩualidã decreuimus ⁊ inanẽ. ¶ Qui vero taliter ĩ suis manib⁹ resignata postmodũ sciẽter ea ꝯtra p̃missa ꝯtulerit: aut ip̃z resignãtẽ instituerit in eisdẽ. si quidẽ ep̃s fuerit a dalmatice tunice ⁊ sandaliũ vsu. alius vero p̃latus inferior ab officio sit suspẽsus: donec illud duxerint reuocandum.

¶ De his q̃ faciũt pactões cũ his quos pñtãt. Rubrica.

Quia pluriũ euenire didiscimus ꝙ cũ ad vacãtẽ eccliaz fuerit pñtatio faciẽda: ipe qui pñtãdus est pu⁹ cũ pfono de certa sũma de bonis eccliẽ sibi ãnuati soluẽda paciscit: ꝛ sic pactus ad eccliaz pñtat

¶ Nos huic actui tã symonie viciũ ꝙ eccliẽ dispẽdiũ ingerẽti occurrere itẽdẽtes vniuersas ꝓmissiones ꝛ pactõnes hmõi penitus reuocam⁹ ꝛ iposterũ fieri districti⁹ inhibem⁹: ꝛ si facte fuerit vires aliquas decernim⁹ nõ hfe

¶ Pẽsiones aũt oẽs ecclesiis parochialib⁹ hacten⁹ ipositas penit⁹ reuocam⁹: nisi ꝙ eas obtinẽt seu ꝙcipiũt legitima prescriptiõe vel speciali priuilegio aut certo iure aliquo sint muniti.

Quõ negociatões nõ fiãt in ecclesiis. Rubrica

Omnipotẽs dñs qui cũ ꝓpter pctã nr̃a nobis irascit nõ obliuiscit misereri sciẽs se posse ac debere placari ꝙ ꝓtritoꝝ ꝛ humiliatoꝝ oꝝones gemitus ꝛ tẽpla ꝛ oratoria ꝓstruivoluit: in quibus ꝓueniẽtes fideles abstracti a cũctis exterioribus actib⁹ ꝛ seipos clausis corporis sensibus in suis ꝓsciẽtijs colligẽtes ꝙ oblatões ꝛ hostias ꝛ pcipue ꝙ sacrificia ꝓtriti cordis ꝛ oꝝones quibus dño cõ iũginmur: irã iusti iudicis mitigarẽt: vt in miam ꝓuersa iustitia iuste pctões nõ ꝓsumant ꝙ meritis: sed ꝙ clemẽtia creatoris miam ꝓsequant. Hec ipe dei filius quẽ accepit sic sibi verbis ꝛ opibus indicauit: ꝛ eccliaz cũ sit dom⁹ oim esse specialiter domũ suã asserẽs. eã nõ negociatõis sed oꝝonis domũ voluit noiari: tm̃ abhorrẽs in tẽplo negociationẽ ꝛ cõmercia exerceri: vt de funiculis flagello facto vẽdẽtes ꝛ emẽtes de tẽplo ejiceret: lz in eo illa q̃ ad vsũ sacrificioꝝ erãt necessaria vẽderent: aptc significans ꝙ detestãdũ sit illoꝝ delictũ qui mercata i ecclesiis faciũt ꝛ negociatões exercẽt de domo dei spelũcã latronũ ꝛ domũ diabolj faciẽtes: cum in hmõi ꝓtractibus se adinuicẽ

decipiãt vel intẽdãt decipe ꝯtrahẽtes. ¶ Ea ꝓpter distri
cti⁹ inhibem⁹ ⁊ inhibẽdo statuim⁹: vt ĩ ecclelijs q̃buscũq̃
nr̃e legatõis nullus de aliq̃bus rebus venalib⁹ mercatũ
teneat: nec vllã prorsus negociationẽ exercere presumat.
Archiep̃is ep̃is ⁊ alijs ecclĩaꝝ prelatis in virtute obediẽ
tie firmiter iniũgẽtes: vt hoc salubre statutũ ꝑ cẽsurã ec
clesiasticã ab oĩbus inuiolabiliter faciãt obseruari.

¶ Qd̃ fiat ꝓcessio ꝓ pace regni ⁊ terre sancte. Rubrica

Iustus ⁊ misericors dn̄s q̃ nõ vult mortẽ pctõris:
sed vt ꝯuertat̃ ⁊ viuat. hoĩm pctã q̃nq̃ punit tp̃a
liter: vt eternaliter nõ ꝯdẽnet. iuste visitat ⁊ mise
ricorditer affligẽdo castigat: vt ꝯuertant̃ ad eũ ⁊ nõ ꝑeãt
pctõres. Unde q̃n diuidũt pctã nr̃a ĩter nos ⁊ deũ nostrũ
ip̃e lãguores ⁊ pestilẽtias ĩmittit: ⁊ fames ⁊ bella exoriri
ꝑmittit/ dissẽtões guerras ⁊ alia multa mala q̃b⁹ incessã
ter pctis eoꝝ exigẽtibus hoĩes affligunt̃. ¶ Ex hoc siq̃dẽ
regnũ Anglie inclitũ qd̃ pacis pulchritudine gaudere so
lebat: guerris dissẽtiõibus ⁊ bellis afflictũ est multiplicit̃
tp̃ibus istis ⁊ miserabiliter desolatũ. ⁊ ꝙ pudori ⁊ dolori
est toti pplõ xp̃iano terrã sctãz in q̃ ip̃e dei fili⁹ salutẽ hu
mani generis oꝑatus est: tradidit ĩ man⁹ hostiũ noĩs xp̃i
ani: vt ꝓpter delicta nr̃a nos terre tã sctẽ hereditatõe ĩdi
gnos oñdẽs pplm̃ xp̃ianũ ad bellãdũ suũ bellũ exerceat
ad salutẽ. ¶ Ip̃e v̄o dn̄s q̃ quos diligit arguit ⁊ castigat
qui vulnerat ⁊ medet̃: ꝯuersus ad oꝛ̃ones fideliũ ad se re
uertẽtiũ mĩaz in ira nõ ꝯtinet: sz cũ fuerit iuste irat⁹ mĩe
recordat̃: vt pestilẽcijs ⁊ malis cessãtibus/ afflictis ꝯsola-
tionẽ tribuat/ lẽguidis sanitatẽ restituat/ ⁊ discordãtibus
vnitatẽ. ¶ Eã ꝓpter antiqui p̃res deliberatõe ꝓuida or
dinauerũt: vt certis tp̃ibus ꝓcessiones fierẽt publice ⁊ so
lẽnes: in quibus ꝯueniẽs pplũs fideliũ visitatõe dn̄i casti
gatus: ⁊ eo zelo deuotõis accẽsus oꝛ̃onibus ad miserãdũ

dñm ꝓuocaret. ⁊ ne vicio ingratitudinis arguat de collatis beneficijs deo grates exhibeat ⁊ laudes exsoluat.

¶ Quos nos digna emulatõe seq̃ntes statuẽdo precipimus: vt i oĩbus terris nr̃e legatõis q̃libet ãno in crastino octa. pẽtheč. fiat vna ꝓcessio publica ⁊ solẽnis: i qua cõuenientes fideles tã religiosi q̃ seculares de pace misericorditer restituta deo gr̃as exsoluẽtes oret ad dñm: vt ipe ꝓuerso furore suo regnor̃ ⁊ terrar̃ suar̃ gubernacula dirigat/ pacẽ fideliter tribuat/ ⁊ restitutã ꝑcordiã ꝓtinuet ⁊ ꝓfirmet: ⁊ terrã sctãz quã suo ꝓpꝛio sãguie rubricauit ad laudẽ ⁊ gloriã sui nois restituat cultui xp̃iano.

¶ De legẽdis cõstitutõibus singulis annis. Rubrica.

Nouis ecclie obseruatio catholice fidei vnitatẽ ⁊ meritũ pꝛiebẽs ⁊ augẽs gr̃am ⁊ pacẽ acq̃rit a dño pplis xp̃ianis: ⁊ mie patrẽ ꝑ sctẽ mr̃is ecclie reuerẽtia: placabilia ⁊ exaudit̃õe cõdigna faciat vota iustor̃. Ex diuerso vero diuersa ⁊ ꝓtraria ꝓꝛisus eueniunt vt fidẽ ⁊ vnitatẽ scindat ꝓcultata religio. irã ⁊ idignationẽ oĩpotẽtis dei effũdat sup pplm̃ ex lege ꝑ sua deside ria naufragãtẽ ⁊ inexorabilẽ reddat miserico:dis dñi pietatẽ. ¶ Proinde ad seruãdas hmõi positos a dño sup custodias gregis sui. Archiepos ⁊ epos salubꝛiter excitamus: ⁊ eis i virtute scẽ obedientie districte p̃cipimus: vt ad eccliar̃ ⁊ eccliasticar̃ ꝑsonar̃ tuitionẽ seu custodiã sollicite inuigilẽt ⁊ itẽdãt circa reformationẽ ipar̃ pastoralẽ curã ⁊ operã ac int:ẽtã diligẽtiã apponentes: ꝑ q̃ ecclie ⁊ eccliastice ꝑsone plurimũ ad restaurationẽ ⁊ ꝓseruatõez poterũt adiuuari. Cõtra eos vero q̃ in his eor̃ iurisdictionẽ ⁊ opus ipedire tẽtauerit: sctõr̃ patrũ romanor̃ põtifi cũ ⁊ nr̃as ꝓstitutões circa talia ꝓmulgatas obseruẽt ⁊ faciãt obseruari: sub penis q̃ in eisdẽ ꝓstitutõib⁹ exꝑimũt.

¶ Ne aũt ignoriãtia ꝓstitutionũ ipar̃ ab ear̃ obseruãtia

quēq; possit auertere: precipimus vniuersis Archiepis epis abbatibus ꝛ prioribus: exēptis necnon cathedraliū eccliaꝝ capitulis: vt oia statuta hec q̄ in hoc nro sūt cōcilio ꝓmulgata in scriptis habeāt. Et ipi archiep̄i ꝛ ep̄i eadem in synodis suis singulis annis de verbo ad verbum plegi faciant diligenter.

¶ De monachis ꝛ canonicis regularibus et monialibus. Rubrica.

REgnū celoꝝ māsionibus multis teste veritate distinctū de mūdo quasi de torcular sibi exprimit ꝛ colligit incolas ꝑ varias incedētes virtutū semitas: ꝛ extra mundi contagia ꝑ diuersos cancellos penitētie saliētes mansionū celestiū tabernacula varijs premioꝝ stipendijs ingressuros. ¶ Inter eēs hmōi sanctū ꝛ deo ꝓximū ordinē monachoꝝ ꝑ virū illū venerabilis vite gratia ꝛ noīe benedictū docēte spūsancto institutū ꝛ eleuatū ad carismata meliora: quāto per altioris vite gradus a diebus antiquis de terrenis triūphantē attendimus regnū dei sancta violentia rapientē: tanto nobis cura maior incumbit illius preseruare decorem inuenire: sanctimoniā ꝛ immissiones per angelos malos precludere: atq; illatos ab hostis gladio ꝛ insidijs sanare lāguores. ¶ Quontā igitur hec sancta religio solutis aliquibus constātie nodis in luxū labentē ad tramites latitudinis qui ducunt ad mortem miserabiliter declinauit: occurrimus sub diuino consilio ꝛ spe celestis adiutorij: vt officij nostri debito circa oportunam reformationem salubriter instamus.

¶ De professione facienda. Rubrica.

SAne bone memorie Otho: sctī Richasij in carcere tulliano diaconus Cardinalis aplīce sedis legatus: inter alia de statu monachoꝝ prouida

deliberatõe ꝯstituit: vt quicũq; in monasterio est ad ꝓba
tionẽ admissus: ꝓfessionẽ incõtinẽti faciat ãno ꝓbatõnis
elapso: aut exeat de eodẽ. Alioqui abbas vel prior q̃ ali-
quẽ sine ꝓfessiõe sustinuerit vltra ãnũ. ꝑ ꝑsidẽtes i caplõ
grauiter puniat: ⁊ nouicius q̃ sic steterit ꝓfiteri cogat: ⁊
haberi debeat ꝑ ꝓfesso. ¶ Nos aũt vt exp̃ssa ⁊ instãs pe
na coherceat q̃s dilata ⁊ tacita sub ꝯfidẽtia ĩpunitas nõ
cohibet a delicto adijciẽdo statuimus: vt abbas vel prior
seu abbatissa cuiuscũq; ordĩs vel religiõis existat: q̃ noui
ciũ ꝓfiteri nõ fecerit anno ꝓbatiõis elapso: nisi canonico
fuerit ĩpedimẽto detẽti: vel nouicius ip̃e mõasteriũ exie-
rit infra mẽsẽ: tãdiu in oĩbus ferijs sexti in pane ⁊ aq̃ ieiu
nẽt donec nouiciũ ip̃z fecerit ꝓfiteri. ¶ Nulli q̃z nouicio
ãteq̃ ꝓfessionẽ fecerit aliqd̃ seruiciũ offm̃ seu ministeriũ
cõmittat: cũ eo tp̃e ita regulari discipline dẽat eẽ dedit⁹ ⁊
intẽt⁹: vt ad alia diuertere valde nociuũ aptissĩe dinoscat
¶ Qd̃ cõstitutiões sũmoꝝ põtificũ legant. Rubrica.

Porro cũ ignorãtia mater erroris ita in interitũ
ducat: vt cecus ambulãs in tenebris illius non
prius dãnũ sentiat q̃ incurrit. Antedictus lega
tus salubri ꝯstitutõe decreuit: vt abbates ⁊ priores conti
nuo post regulã scribi faciãt ꝯstitutões ⁊ sanctiões sũmo
rũ põtificũ ad eos ⁊ eoꝝ ordinẽ precipue ꝑtinẽtes q̃ in cõ
cilijs ⁊ cõpilatiõe dñi Gregorij pape. ix. sub infrascriptis
titulis ꝯtinent: videlz de regularibus. Ex parte. statuim⁹
ne religiosi. De statu monachoꝝ. Monachi. Cũ ad mona
steriũ. in singulis ꝓuincijs. ea que. De symonia. quoniaz
symoniaca labes. De sẽtẽtia excõicatõis. Monachi. Uni
uersitatis. cũ eoꝝ absolutio. De monialibus. De fideius-
soribus. Quod quibusdã. De solutionibus. Quorũdam.
¶ Nos aũt adijciẽdo statuim⁹ ⁊ districte p̃cipim⁹ vt ma
gistri nouicioꝝ eos in regula btĩ Bñdicti vel sctĩ Augu-

stiui seu quacūq; alia doceāt ꝛ instruāt diligēter: ita ꝙ q̄libet religiosus regulā plene addiscat ꝛ q̄si cordetenus eā sciat. ¶ Predicte xvo pstōnes i singulis monasteriis bis in āno: scz in principio aduētus ꝛ in capite quadragesime oibus cōuocatis in capitulo ꝓlegantur.

¶ De ꝓprietariis monachis vel aliis religiosis. Rubrica

QUia vero in monachis est q̄si ydolatria quarūcūq; rerū detēta ꝓprietas in cui⁹ habēde ceca tionē facile iducunt seu corruūt diabolo sugge rēte: dict⁹ legat⁹ simplici canonū p̄ceptiōe ꝓtētus statuit vt nullus monach⁹ ꝓpriū decetero hēat. ꝛ si hēat p̄lato suo sine dilatōe resignet. ¶ Ꝙd nos efficaci⁹ ꝓsequētes statuim⁹ ꝛ districte p̄cipim⁹ ꝙ cuiuscūq; ordinis abbates ꝛ priores abbates ꝓprios d̄ nō hñt sup ꝓprietariis bis i āno inquisitionē faciāt diligentē quos cū tales inuenerit puniant fm sanctiones canonicas ꝛ regularia instituta. ¶ Ꝙd si ip̄i abbates ꝛ priores hoc implere neglexerint ip̄o facto a suis administratōibus sint suspēsi: donec pre missa diligēter fuerint executi.

¶ Ꝙd nō detur pecunia religiosis ꝓ vestibus ꝛ ceteris vite necessariis. Rubrica.

ET d̄dē ne de ꝓprietatis vicio sup dorsū pctōris fabricādi occasio sathane offerat: ꝛ ip̄i hoi detur habilitas deliquēdi: statuim⁹ vt cū d̄spīā monachoꝝ seu alioꝝ religiosoꝝ vestib⁹ calciamētis vel aliis vite necessa riis indiguerit: is d̄ sup his ministrādis gerit offm: pecu niā vel denarios nō tradat ꝓ re hmōi taliter idigēti: sed res ip̄as ꝓut necessitas exigerit subministret. ¶ Si aūt is d̄ hmōi p̄sit offō ꝓtra facere p̄sūpserit: offō i quo sic de liq̄rit ꝛ p̄stiterit: materiā deliquēdi sit priuatus: nihilomi nus alias supioris arbitrio puniēdus.

¶ Ꝙd monachi soli nō stēt i maneriis ꝛ eccl̄iis. Rubr.

Monachos seu canonicos regulares p̄ maneria vel ecclias solos morari tā indecēs q̄ aiab⁹ pi culosū esse ꝓspiciētes firmiter ꝛ districte p̄cipi m⁹ vt abbates ꝛ priores monachos sic manere nō faciāt vel p̄mittāt: ꝛ si q̄ sint eos sine more dispēdio reuocēt ad cōuentū: vel sibi vnū monachū studeāt sociare. Alioquī ipi abbates ꝛ priores ab offō donec id ipleuerit sint suspē si. ¶ Qđ si forte paupes habeant ecclias q̄ duobus non sufficiāt exhibēdis faciāt illis p̄ seculares clericos deser uire: vt sic debitis ecclie nō fraudēt obsequijs: nec reg ularis frangat integritas disciplīe.

¶ Qđ nō dent maneria ad firmā monachis. Rubrica.

AD firmā vero q̄ mercatiōis instar habet alicui monacho dari manerīū/ecclias/possessiōes vel alia q̄libet bona siue a ꝓpio p̄lato siue ab alio quocūq; districtius inhibem⁹. ¶ Qđ si factū fuerit pre ter penas antedicti legati vel alijs ꝓstitutōibus ipositas q̄cūq; dederit firmā hmōi singulis sextis feris in pane tā tū ꝛ aqua p̄ vnius spaciū anni ieiunet.

¶ De esu carnium. Rubrica.

AD hec q̄m regularis obseruantia q̄ p artā viā ducit ad vitā p̄ carnis superbiā laxatis habenis multipliciter impugnat merito sci pres carnē voluerūt ab esu carniū cohibere: vt ei⁹ superbiā ꝓtereret parcitas: ꝛ p mūdi abstinētiā carne deuicta spūs dño gfam decātaret ¶ Sup his p̄noiatus legat⁹ statuit: vt cū esus carniū sit mōachis nigri ordis p̄ regulā sci Bñdicti: nisi i certis ca sib⁹ ꝛ locis. necnō abbatū p̄sidētiū ꝛ eor gñali caplō iter dictis monachis q̄ p abusū ꝓueuerāt vesci carnib⁹: abba tes ꝛ priores loco hmōi vetiti cibi iuxta facultatē domus aliū cōpetētē mīstrare curarēt. ¶ Nos aūt adūciēdo fir miter ꝛ districte p̄cipim⁹: vt abbates ꝛ priores ꝓpios nō

habētes abbates. ac abbatisse seu priorisse ordīs scti bñdicti circa esū carniū sollicite ac gñaliter inqrāt ac eos q̄s in hoc īuenerit delīquētes grauiter puniāt: delicti ⁊ delīquētiū circūstātias attēdētes. Ep̄i vero cū subiecta sibi monasteria visitāt de hmōi esu carniū subtiliter discutiāt ⁊ inquirāt: ⁊ puniāt puniēdos quos pena nouerint indigere. Alioquin preter indignationē ⁊ maledictōis diuine acerbitatē donec id fecerint sint suspensi.

¶ Ne aliqui religiosi in refectorio ⁊ dormitorio vtantur preciosioribus alijs. Rubrica.

Illud q̄z ridiculose scurrilitatis opprobriū auferētes quo monachi ⁊ alij religiosi q̄daz se maiores alijs existimātes ⁊ ostētare volētes: ⁊ vasis p̄ciosiorib⁹ vti ꝯtēdūt districti⁹ īhibem⁹: ne q̄s monachoꝝ vel monialiū seu canonicoꝝ regularū cipho argēteo: vel p̄ciosiori alio in refectorio vel ī alijs locis vtat̄ illū quasi ꝓpriū possidēdo: aut ī dormitorio maiori apparatu lecti vel tegiminis.

¶ Cū enī oēs pares sint ⁊ sub scē fraternitatis noīe coequales: ridiculū est vt alter maiorē altero se ostēdat: q̄ de hoc gloriari dz: vt ostēdat ceteris se minorem.

¶ Qd̄ sēp̄ in refectorio due ꝑtes remaneāt. Rubrica.

Statuimus insup̄ ⁊ districte precipimus: vt cuz abbas vel prior vult aliquos in camera sua reficere: ita reficiendoruz numerus moderetur: q̄ saltem due partes fratrum in comestione remaneant in conuentu. ¶ In hoc vero apponant prouidentiam diligentem: vt sine personarum acceptione: nunc hos nūc illos ad refectionem vocent: quos magis nouerint indigere.

¶ De infirmis. Rubrica.

De infirmis quibus humanitatis prebere presidium caritas iubet: ⁊ pietas interpellat: distri

cte precipimus: vt prior vel supprior clauſtralis ſepe viſi tatōis exercitium adhibēs circa ipos vigilanter ꝓquirat qualiter ab infirmario ꝓcuret. ¶ Si quos vero defectꝰ in hoc inuenerit: ipos abbati vel priori denūciare feſtinet Abbas aūt ſeu prior oēm defectū ſine tarditate ⁊ negligētia circa id faciat emēdari. ¶ Qō ſi abbas vel prior premiſſa minime ſeruauerint ipo facto: donec id fecerint ab officio ſint ſuſpenſi.

¶ Qō nulli religioſi vendant vel aſſignent liberationes aliquas. Rubrica.

QUolentes etiā eccliaꝝ indēnitatibus ꝓuidere: illud vicīū extirpamus quo quidā abbates et priores ⁊ aliarū eccliaꝝ rectores ⁊ cuſtodes hoſpitalium cupiditatis ardore qui eoꝝ corda vehemēter inflāmat interueniēte precio plus ꝓſonis q̄ eccleſiis conſulētes ad certū tēpus ſeu ad vitā illoꝝ quibus fit cōceſſio certū q̄d qō cōiter liberatōes appellant vēdunt ⁊ aſſignāt ꝓ vite neceſſariis diebus ſingulis vel certis tpibus exſoluēdū. ¶ Ex quo fit vt in eccleſiis hoſpitalibus ⁊ monaſteriis i dictarū liberationū ſolutōe grauatis: eoꝝ qui deberēt ecclesiis ⁊ monaſteriis deſeruire: ac infirmoꝝ ⁊ pauperum ad quoꝝ ſuſtētationē hmōi bona ſunt ſpecialiter aſſignata numerus minuat: ꝓ qō eccle ſeruicīis debitis ⁊ pauperes ac infirmi alimoniis defraudant in eoꝝ qui eas cōcedunt aiaꝝ periculū ⁊ ſcandalū manifeſtū. ¶ Propter qō diſtrictius inhibemus neynꝰ ꝓſonis aliquibus hmōi liberatōes vēdantur. Et ſi alique ante hanc cōſtitutionē noſtrā cōceſſe fuerint imꝑpetuū vel ad tēpus reſignātibus: vel decedētibus illis qui eas obtinuerūt hactenus. Abbates/priores/rectores/⁊ cuſtodes prefati eas de nouo eoꝝ heredibus vel aliis nō ꝓcedāt. ¶ Qō ſi ꝓtra hoc ſalubre ſtatutū aliqui attēptare preſumpſerit: niſi eas re

uocauerint ab officio sint suspensi.

¶ Qõ seruet antiquus monachoꝝ numerus. Rubrica.

QEterum cũ iuxta sapientie doctrinã in multitudine populi sit dignitas regis ⁊ in paucitate plebis ignominia pũcipis: nulla debet auaricia nulla desidia vel contẽptus arripere: vt regis regũ cultum attenuet colentiũ paucitas. ⁊ contra multiformis nequicie hostẽ minuatur exercitus bellatoꝝ. ¶ Ideoq; statuimus ⁊ districte precipimus: vt singulis monasteriis ⁊ in his precipue que sunt ecclesie cathedrales seruetur antiquus numerus monachoꝝ.

¶ De ratione administrationis reddenda. Rubrica.

DE prelatis autẽ ⁊ administrationibus atq; officialibus illud statuimus: vt abbates ⁊ priores ꝓprios abbates nõ habentes saltem semel in anno presente toto conuẽtu aut aliquibus ex senioribus vel prudentioribus ad hoc a capitulo deputatis: reddant de statu monasterij ⁊ administratiõe sua plenariã rationem. ¶ Si quis vero abbas vel prior statutũ hmõi neglexerint obseruare ipõ facto donec satisfecerit a suis administrationibus sint suspensi.

¶ Qõ religiosi non emant vel vendant. Rubrica.

QEnaliũ cõmercia rerũ quibus cupiditas dandi minus vel plus recipiendi expetit captiões vix aut nunq; sine interuẽtu peccati etiã inter laicos fieri dinoscunt. quãtomagis eoꝝ manus qui sãcte religionis habitu ⁊ obseruantia sunt a terrenis actibus eleuati: sordidũ ⁊ fedũ existat a talibus ĩquinari. ¶ Hoc igitur circa illos quasi abhominabilẽ lepram officio debite sollicitudinis insequẽtes arcius inhibemus: ne monachi moniales aut religiosi quilibet cuiuscũq; religiõis existant mercationes q̃ in emendo vel vendendo consistunt

in nundinis mercatis vel alias audeāt in quibuslibet re-
bus aliquatenus exercere. Alioquin nō solū hi q̄ fecerit
verūetiā hi de quor̄ mandato p̄cesserit ipo facto ab offi
cio sint suspensi. q̄ suspensio p superiorē non relaxet: quo
usq̄ satisfecerit de premissis. ¶ Quecūq̄ vero circa mo
nachor̄ statū ⁊ cōuersationē superius sunt statuta in mo
nialibus: que eadē quoq̄ professione cēsentur: volumus
⁊ precipimus obseruari.

¶ Qd̄ moniales certa loca non exeant. Rubrica.

Moniales deo dedicate q̄ abnegantes seipsas ⁊
renūciantes seculo xp̄i seruicio se ꝑpetuo mā-
ciparunt oi custodia seruare se debēt ⁊ portas
sensuū obserare: ne vnq̄ introitus pateat maligno spiri-
tui ex quo eis vel alijs in prauor̄ desiderior̄ ardore: vel
saltē leui cogitatione detur occasio delinquendi. ¶ Qua
propter in cenobijs certa loca sunt deputata q̄ eas exire
nō cōuenit: vt possint dño cordis ⁊ corporis innocentiā ob
seruare. Intrare enī debet monialis in quo prudēter ora-
do sibi ꝑuideat ne aliqñ in tēptationē incidens in delictuz
aliqd̄ ꝑlabatur. Accedat ad capitulū in quo iuste peni-
teat qd̄ cōmisit. Intret dormitoriū ⁊ refectoriū hor̄is suis
in quibus corpus ad sustentationē ne deficiat reficiat re
creando. Assistat igitur sibi tēperantia: ne ex refectionis
supflnitate caro recalcitret. ⁊ eā nō deserat fortitudo: vt
resistat fortiter tentationibus dū quiescit: sed ceteris ho-
ris moret in claustro in quo sic se claudat ⁊ corporis sui
sensus. vt inter se ⁊ mundū chaos esse firmatū intelligēs
⁊ solū deū oculis mentis aspiciēs aliqd̄ pregustet de eter
ne vite dulcedine contēplando. ¶ Premissa vero loca in p
sonis secularibus vacua esse precipimus: vt ad ea nō ni
si ex necessaria causa ⁊ iusta ꝑsone seculares accedant: ⁊
hoc nō frequēter sed raro: ne ex frequēti ꝑuersatione se-

cularīū quies earū vel cōtemplatio pturbetur: vel saltez ad secularis cogitationis desideria earū animus ptraha tur. ¶ Eappter ⁊ illud statuimus:vt nūq̄ cū hoibus vel aliquibus psonis religiosis vel secularibus: nisi in publi cis ⁊ nō suspectis locis colloquiū habeat monialis:⁊ vbi serioſum colloquiū est habendū.monialis sola nō cōue niat ad colloquendū:sed sibi ad minus monialis alia deū timens:⁊ in religionis obseruatione rigida societur: que ⁊ illos semp videat ⁊ possit oim que p aliā facta fuerint esse testis nisi qñ voluerit confiteri. Nunq̄ etiā extra do mū nisi de sui superioris licentia ⁊ permissu cū aliquo ho mine comedat:nec tunc nisi cū tali qui tanta sit ei consan guinitate vel affinitate seu alia honesta familiaritate cō iunctus ⁊ alias nō suspectus q nō liceat inter eos aliq̄d suspicari sinistrū. Alia vero loca q̄ quinq̄ premissa mo nialis sibi reputet penitus interdicta:vt ad ea nunq̄ ac cedat nisi ad locū infirmarie vel aliū ad hoc monialibus deputatū.in quo de licētia abbatisse seu prioūsse causa re creationis esse poterit:si debilitate fuerit seu infirmitate detenta:vbi recreationē ⁊ infirmitatis remedia percipi at oportuna. Ad officinas etiā moniales : nisi ille quibus ex officio competit non accedant.⁊ ille nunq̄ sole:sed cū honesta societate:vt supius de alīs est expressū. ¶ Ab batisse vero ⁊ prioūsse ⁊ cetere que monasteriis presunt quocūq̄ nōe censeantur monasteria non exeant : nisi ex euidenti monasterij vtilitate seu necessitate vrgente:⁊ cū societate honesta. Ceteris vero inferioribus monialibus nunq̄ nisi iusta vel necessaria causa exeundi monasteriū licentia prebeatur.⁊ tunc nunq̄ sole/ ire/ esse/vel morari extra monasteriū permittantur.nisi tali fuerit alia socia ta que sic probata fuerit in monasterio q de ipsa nihil si nistrū valeat suspicari. ¶ In terris quoq̄ nostre legatio

nis cõsuetudinẽ abolemus qua moniales monasteria ex ire consueuerũt occasione processionũ que qñq; fuerunt publice ⁊ solẽnes: firmiter statuentes vt occasione predicta monasteria sua non exeant moniales: sed infra cepta monasteriorũ processiones solennes peragant tẽporibus quibus consueuerunt fideles in processionibus conuenire. Nihilominus archiep̃is ep̃is ⁊ aliis ecclesiarũ prelatis quibus visitandi officiũ de iure seu consuetudine cõpetit: in virtute sancte obedientie: ⁊ sub obtestatione diuini iudicij districte precipimus: vt monasteria monialium cum expedit visitantes: que statuta sunt firmiter faciant obseruari.

¶ Ut monachi frequenter confiteantur ⁊ frequẽter celebrent. Rubrica.

AD hec quia scriptum est ꝙ septies in die cadit iustus: ⁊ ꝙ nemo existens in mortali corpore sine crimine viuit. Necessaria multũ ⁊ vtilis est precipue religiosis confessio: in qua oĩbus que deũ possent offendere: vel conscientiã premunt: cũ cordis contritione discussis ⁊ cũ amaritudine recensitis accedant cum securitate conscientie ad orandũ ⁊ offerendũ immaculatam hostiã in altari. Propter qđ statuimus ꝙ abbates seu priores vel suppriores eis absentibus frequenter requirant saltem semel in mense confessores fratribus deputatos: de noĩbus confitentiũ fratrũ: vt sic illos qui nõ frequenter confitentur grauiter arguant ⁊ ad confitendũ inducant. Qđ mandamus circa monachos constitutos ĩ sacerdotio: q̃ non frequẽter celebrant obseruari.

¶ Expliciunt constitutiones Legatum cum Johanne Othone. Impressum per me Richardum Pynson.

# Tabula

¶ Incipit tabula Rubricarum.
Et primo.


¶rohemium. Octobonus miseratõe diuina.
De baptismo. Ingredientibus.
De pro sacramentis ecclĩasticis aliquid exigatur: vel q̃ forma in confessione seruetur. Quoniam ceca.
De consecratione ecclesiarum. Domus dei.
De clericis arma portãtibus cũ furibus. Q̃m in armis.
De habitu clericorum. Cũ scti euangelĩ.
De clerici iurisdictionẽ secularẽ exerceãt. Cũ honestatis
De clerici sint aduocati in causis secularib⁹: neq; iudices vel assessores in causis sanguinis. Juxta sacror.
De concubinariis. Quam indecor
De vicarior residentia ꝛ institutõe. Sacror ordinũ.
De intrusis. Amoris proprĩ.
De vna ecclĩa diuidat in plures psonatus. Unitatem.
De abstrahentibus confugiẽtes ad ecclesias vel cymiteria seu res ibidẽ depositas: ꝛ de auferentibus aliquid preter voluntatẽ dominor ecclesiasticor de bonis manerijs seu grangijs. Ad tutelam.
De quis impediat matrimonia solennisari in facie ecclesie. Coniugale fedus.
De executione testamentorum. Libertatem.
De prelati ecclesiarum fructus vacantiũ percipiant vel suos faciant. Ecclesiar dispendia.
De oblationibus capellarum matrici ecclesie restituendis. Gratia que concedentis.
De domibus ecclesiarum reficiendis. Improbam.
De procurationibus que ratione visitationis debentur nõ recipiẽdis ab archidiaconis vel alijs inferiorib⁹ prelatis: nisi cũ visitant. Naturalis dispositõis
De pena pecuniaria recipiatur a subditis pro delicto no

torio. Deus omnipotens.
De firmis. Indignum est.
De residentia archiepoꝝ vel epoꝝ. Pastor bonus.
De appropriatõib⁹ ecclīaꝝ nõ faciẽdis. Qm̃ alienatões
De bonis intestatorum. Cum mortis.
De delegatione. Judicij robur.
De forma citationis. Ita mortalium
De iuramento aduocatorum. Laudabile.
Ne iudex pacẽ vel ꝯcordiã litigantiũ ĩpediat. Cũ partes
De publicanda absolutione. Sicut ecclesiastice.
De institutõibus seu collatõibus. Xp̃iane religionis
De commendis ecclesiarum. Miserabilis.
De confirmatione episcopoꝝ. Pastoralis sedis.
De his q̃ tẽpore electõis bñficia dimittũt: ⁊ postea ea re
cipiũt: si eos eligi non contingat. Ambitionis viciũ.
De his q̃ faciũt pactões cũ his quos pñtãt. Qr plerũq;.
Qđ negociatões nõ fiant in ecclesijs. Oĩpotens dñs.
Qđ fiat ꝓcessio ꝓ pace regni ⁊ terre sctẽ. Justus.
De legẽdis ꝯstitutõibus singulis annis. Honoris.
De mõachis ⁊ canonicis regularib⁹ ⁊ monialib⁹. Regnũ
De professione faciẽda. Sane bone.
Qđ ꝯstitutões summoꝝ pontificũ legant. Porro cum.
De ꝓprietarijs monachis vel alijs religiosis. Qr vero.
Qđ non detur pecunia religiosis pro vestibus ⁊ ceteris
vite necessarijs. Et quidem.
Qđ monachi soli nõ stẽt ĩ manerijs ⁊ ecclīis. Monachos
Qđ nõ dẽtur maneria ad firmã monachis. Ad firmã.
De esu carnium. Ad hec.
Ne aliqui religiosi in refectorio ⁊ dormitorio vtãtur pre-
ciosioribus alijs. Illud quoq;.
Qđ semp̃ in refectorio due partes remaneãt. Statuim⁹
De infirmis. De infirmis.

# Tabula


Nō nulli religiosi vendant vel assignent liberationes aliquas. Volentes etiam.
Nō seruet antiquus monachoꝝ numerus. Ceterum.
De ratione administrationis reddēda. De prelatis.
Nō religiosi nō emant vel vēdant. Venalium.
Nō moniales certa loca nō exeant. Moniales.
Ut monachi frequenter confiteantur ⁊ frequenter celebrent. Ad hec qꝝ scriptū.


Laus deo.

BRITISH MUSEUM

Richard: pynson

last page of Tabula missing

Pt I

Scanodi

Characters &c.

ꝯ con

ꝑ pro

ꝯ us

ꝗ qui ut ꝗcꝗd quicquid

spū speritu

ꝗ ~~uam~~ quam

ꝑ per

ꝝ rum

pctā peccata

ꝯ us

hmōi hujusmodi

hz habet

ptatē potestatem

tn̄ tamen

tr̄as literas

Scanodi

Characters &c.

ꝯ con

ꝑ pro

ꝯ us

ꝗ qui ut ꝗcꝗd quicquid

spū speritu

ꝗ ~~uam~~ quam

ꝑ per

ꝝ rum

pctā peccata

ꝯ us

hmōi hujusmodi

hz habet

ptatē potestatem

tn̄ tamen

tr̄as literas